



RECTIS iam CCC annis, ex quo bibliothecam
 Academiae Oxoniensis saevitia temporum
 tum funditus direptam THOMAS BODLEY in-
 stauravit, placuit mihi universoque coetui
 Academicorum et natalicia bibliothecae
 frequentare et memoriam Fundatoris pia
 observantia recordari. Quam bibliothecam cum ille non nobis
 solum sed et toti reipublicae litteratorum posuerit, te, vir
 honoratissime, rogamus ut unum e societate tua eligas, qui ad
 dies 8 et 9 mensis Octobris tanti beneficii commemorationi
 intersit. Si igitur, quod speramus, votis nostris satisfacere vis,
 nomen eius quem elegeris magistro Arturo Cowley renunties
 precamur.

DAVID B. MONRO,
 Vice-Cancellarius.